

gracie per quam debet animos debiles sustentare/neq; vestimentum. Et hoc propter defectum morum et vice per quam debet alijs bonis exemplis vestire et virtutibus adornare. ¶ Secundo quod facta fuit per omnium eligentium intentionem rectam/ quod patet per hoc/ quia intendebant illum eligere qui esset deo acceptior/ et populo fructuosior. ut sic impleretur illud quod scribitur jeremie tercio. Dabo vobis pastores iuxta cor meum. Ecce diuine voluntatis acceptatio. Et pascent vos doctrina et sapientia/ ecce communis utilitas et fructificatio/ quia talis pascit sibi gregem commissum doctrina veritatis et exemplo sanctitatis. ¶ Tertio quia seruauerunt formam canonicam/ quod patet per hoc quia facta fuit per legitimam sententiam/ primo etiam per diuinam inspirationem/ unde dederunt sortes eis. In quo secundum gloriam diuinum iudicium expectabat et hoc rationabiliter. Statuerunt enim duos quos ut dicit glossa. Estimauerunt exemplis equales et sanctitate pares/ quos etiam preferendos ceteris non dubitauerunt. Sed quis eorum alteri preferatur non fuit iudicium humani sed solius dei. Et ideo in sortium datione diuinum iudicium implorabant. ¶ Secundum patet per hoc quod ex tota multitudine solum statuerunt duos videlicet mathiam et ioseph qui dicebatur Barnabas qui cognominatus est iustus. ¶ In quibus verbis est diligenter notandum quantum meriti fuit Mathias quia tali preferitur qui multipliciter commendatur. Nam suus collega commendatur a tribus videlicet a gratie affluentia/ a quiete conscientia/ et a vice excellentia. ¶ Et propter primum dicitur ioseph qui interpretatur accrescens ut ostendatur quod fuit accrescens in gratia. ¶ Propter secundum est dicitur Barnabas quod interpretatur donum columbe vel filius quietis ut ostendatur quod fuit quietus in conscientia. Unde poterat dicere illud iob. Non me reprehendit cor meum in tota vita mea. Sed propter tertium cognominatus est anacostice iustus ut ostendatur in eo vice etiam sanctitas in excellentia. Per diuinam ramentum reuelationem patuit quod in omnibus predictis excellens fuit mathias. Et ideo rationabile fuit quod lucas non immoraretur laudibus mathie quod sufficienter per hoc commendabatur quod per reuelationem diuinam tanto et tali viro preferendus iudicabatur. Ideo autem Barnabe laudibus insistebat ne tanquam indignus repelli videretur. Quod etiam postea confirmatum est cum de mandato spiritus sancti

et paulo in sorte predicacionis associaretur. Actuum vno actum. Segregate mibi inquit spiritus sanctus barnabam et paulum in opus ad quod assumpti eos. ¶ Est etiam notandum quod per hoc quod dominus elegit Mathiam extraneum et nulli apostolorum carne propinquum nos instruere voluit quod electiones et institutiones canonice non sunt fiende ex amore carnali sed ex zelo fidei. ¶ Tertium patet. Nam ipsius electio primo fuit inchoata per salutiferam exhortationem. Quia petrus tanquam caput aliorum utilem exhortationem premit dicens. Oportet ex his vobis. Et hoc conuenienter et enim erat apud quem residebat auctoritas et cui specialiter commissa est confirmandi potestas luce vicelimos secundo. Tu alius quando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Secundo fuit mediata per deuotam orationem/ unde orantes dixerunt. Tu domine qui corda nostri omnium ostende que elegeris vnum ex istis. ¶ Tertio fuit terminata per diuinam reuelationem quando fors cecidit super mathiam/ nam secundum dyonysium illa fors fuit quidam splendor diuinus per quem ostendebatur quod erat alteri preferendus et in apostolum assumendus. ¶ Tertio commendatur a suorum meritorum approbatione gaudiosa/ quod notatur cum annectitur. et cecidit fors super mathiam/ et hoc conuenienter. Spectate namque suorum meritorum approbatio conuenienter gaudiosa cum diuino iudicio monstrabatur quod viro tam sancto debere preferri et apostolorum collegio sociari/ propter quod bene sequitur. Et numeratus est cum vno decem apostolis. ¶ Potest autem dici quod beatus Mathias collegio apostolorum fuit tripliciter annumeratus. ¶ Primo quidem in gradu prelationis/ de quo dicit Petrus. Ostende quem elegeris accipere locum ministerij huius et apostolatus etc. In quo gradus prelationis sue euidenter exprimitur. ¶ Secundo in officio predicacionis et merito passionis/ quia fidem catholicam sicut ceteri apostoli feruenter predicauit et pro ea constantem mortem sustinuit. ¶ Tertio in premio eterne retribucionis. Mathie decimonono. Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me/ sedebitis super sedes etc. ¶ Sciendum autem quod nobiliter in ipso completur perfectus apostolorum numerus duodenarius/ ut sic eorum numero completo perfecte daretur spiritus sanctus. Propter quod Petrus noluit diu remanere in numero vndenario quod est minus trigressibus/ duodenarius vero est minus perfectus